



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **S. Vincentii Lerinensis Galli, Libellus Verè Avreus Adversus profanas Hæreseōn novationes**

**Vincentius <Lerinensis>**

**Coloniae, 1652**

Caput XIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55177)

reliqua. Quod si absurdum est, & omnibus ex æquo imperata sunt; stat, ut sicut hæc morum mandata, ita etiam illa, quæ de fide cauta sunt, omnes pari modo comprehendat.

## CAPUT XIV.

ET sicut nemini licet invicem provocare, aut invidere invicem, ita nemini liceat præter id, quod Ecclesia Catholica usquequaque evangelizat, accipere. Aut forsitan tunc jubebatur, si quis adnuntiasset, præterquam quod adnuntiatum fuerat, anathemari: nunc verò jam non jubetur. Ergò & illud quod dicitur: Dico autem spiritu ambulante, & desiderium carnis non perficietis, tunc tantum jubebatur, modo verò jam non jubetur. Quod si impium pariter & perniciosum est ita credere necessa: id sequitur, ut; sicut hæc cunctis ætatibus observanda sunt, ita illa quoque, quæ de non mutanda fide sancita sunt, cunctis ætatibus imperata sint. Adnunciare ergo aliquid Christianis Catholicis,

B 2

præter

præter id quod acceperunt, nunquam licuit, nusquam licet, nunquam licebit: & anathemate qui adnuncient aliquid, præterquam quod semel acceptum est nunquam non oportuit, nusquam non oportet, nusquam non oportebit. Cum ita sint, estne aliquis vel tantæ audaciæ, qui præter id quod ab Ecclesia adnunciatum est, adnunciet: vel tantæ levitatis, qui præter id quod ab Ecclesia accepit, accipiat. Clamet, & repetendo clamet, & clamet, & ubique per terras suas clamet ille, ille vasa electorum, ille magister gentium, ille Astolorum tuba, ille terrarum prætor, ille cælorum conscius, ut si quis novum dogma adnunciaverit, anathematizetur. Et contra reclamantur quædam & cyniphes, & morituræ, quales sunt Pelagianus hoc Catholicis: Nobis, inquit, in scripturis, nobis principibus, nobis expositoribus damnate, quæ tenetis, tenete quæ damnabatis, & antiqua

antiquam fidem, paterna instituta,  
Majorum deposita & recipite, qua  
nam illa tandem? Horreo dicere:  
sunt enim tam superba, ut mihi non  
modo adfirmari, sed ne refelli qui-  
dem sine aliquo piaculo posse vide-  
antur.

*Ex Deut. 13. cap. Docet cur per sæpè di-  
vinitus sinantur magni viri rerum  
novarum in Ecclesia fieri auctores.*

## CAPUT XV.

Sed dicit aliquis. Cur ergò per sæ-  
pè divinitus sinantur excellen-  
tes quædam personæ in Ecclesia  
constitutæ res novas Catholicis ad-  
nunciare? Recta interrogatio, &  
digna quæ diligentius atque uberius  
pertractetur: cui tamen non inge-  
nio proprio, sed divinæ legis au-  
doritæ Ecclesiastici magistri docu-  
mento satis faciendum est. Audia-  
mus ergo sanctum Moysen, & ipse  
nos doceat; cur docti viri, & qui  
propter scientiæ gratiam ab Apo-  
stolo etiam Prophetæ nuncupantur.

B 1

profer-